

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

Capvt XXXII. Decima quinta morborum caussa, vt sani ab ægris discant patientiam, sicut docet Lydvina Virgo Schiedamensis, admirandum, in multis ac diuturnis morbis, patientiæ exemplum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45701**

C A P V T . X X X I I .

Decima quinta morborum cauſa, vt fani ab ægris diſcant pa-  
tientiam, ſicut docet Lydwina Virgo Schiedamensis,  
admirandū, in multis ac diuturnis morbis,  
patientie exemplum.

**N**VIIa eſſet auri æſtimatio, ſi in montibus latens, atque  
in venis abſconditum, numquam erueretur, vt fulgorem  
ſuum oculis hominum proderet. Fulgorem autem  
ſuum non prodiſt, niſi à terra ſeparatum, aquis lotum, igne pur-  
gatum. Sicut igne probatur argentum, & aurum camino: ita corda Pro, 17. 5.  
probat Dominus. Caminus, ignis, probatio hominum, eſt morbus,  
& quæviſ afflictio; ex hiſ hemines prodeunt nitidiores, vt auri  
iñſtar, non tantum in DEI, & Angelorum oculis, ſed etiam in-  
mortalium conſpectu fulgeant. Pati, eſt probari; patienter pati,  
eſt fulgere. Sic luceat lux veftra coram hominibus, ut videant opera Matth. 5. 14.  
vſtra bona, & glorificent Patrem veftrum, qui in calis eſt. Qui ergo  
ægrotat, ſiue ægrotet, vt peccata ſua luat, ſi patienter poenam  
ſuſtinet, iuſtitiam DEI glorificat: ſiue ægrotet, vt maiorem  
patientiā ſuā coronam mereatur, quamvis innocens ægrotet, &  
affligatur, proximo ſuo boni exempli odorem afflat, vt & ille  
excitetur ad imitandum, atque cæleſtem Patrem honorificet,  
qui habet, etiam in aduersis, à ſe colendo non recedentes. Hinc  
de Tobia legimus, quod cacitatem ideo permiferit Dominus euenerire Tob. 2. 12.  
illi, ut poſteris daretur exemplum patientiæ eius, ſicut & Sancti Job,  
quia non eſt contristatus, quod plaga cacitatis euenerit ei, ſed immobilitas  
in DEI timore permanſit, omnibus diebus vita ſua. Si enim vitia  
diſcuntur à viſijs, cur non & patientiam virtutesque reliquias  
doceant patientes, virtutumque aliarum poſſeffores? Et ſanè  
graphicè patientiam docuerunt hactenus a nobis commemorati  
patientes; quibus adhuc duo exempla adjungenda ſunt, vnum  
feminæ, viri alterum, vt in vtroque ſexu huius tam necessariæ  
hominibus virtutis documenta proponamus.

Ioannes Brugmannus Franciscanæ familie non indoctus  
Scriptor, morumque Sanctorum exercitatus æſtimator, tribus  
partibus complexus eſt vitam, quam ſcripsit de Lydwina Virgine,

I.

II.

332 Cap. XXXII. Lyduvine admiranda, in morbis, patientia doctrinæ,

in Comitatu Hollandiæ nata, paréibus minimè copiofis, si diuitias species; sed, si de pietate quæras, admodum opulentis; au-

Sur. tom. 7.  
die 14. Apr.  
ex loā Brug-  
manno.

quoque de eximijs virtutibus commendato. Hi parentes, inter octo filios, vnicam filiam habuere Lydwina; quam solam ma- ter facillimè enixa est, cùm ceteros liberos omnes, non sine ma- gno discrimine peperisset. Nimirum, quod ferendum erat, in- sobolem dilatum est; quæ non sine magno omne Lydwina est

appellata: nomen enim hoc potest Latinè dici *late patientie*, cuius tot, in omni vita sua habuit occasiones, ut posset cum Apostolo Colof. 3. 24. affirmare, se adimplere ea, qua desunt *Passionum Christi*, in corpore suo. Enumeremus ea, quæ sive in corpore, sive animo est per- pessa, ut velut aurum in fornace probatū enitesceret; & magnam patientiæ magistram inueniemus, si non pigeat discere, & cum coronæ merito ægrotare.

### III.

Brugmann  
part. 3. cap. 1.

1. In ipsis adhuc posita incunabulis, dirò torta cruciatu, post va- gitus & lachrymas, non paucos egerebat calculos: & infantulabelli dolique ignara, jam pœnis exercebatur, quibus ferendis etiam fortissi- morum virorum animi plerumque succumbant: atque ijs ad futura cer- tamina preparabatur. Ut proinde non illico judicandum sit, morbum ex peccati merito fuisse immissum, si quem videmus ægrotare; cùm morbos suos, etiam in cunis innocentes patian- tur. 2. Vix ambulare & fari didicerat, & iam signa edebat fu- turæ sanctitatis, obsequens parentibus, precum auida, Deiparæ mirum in modum addicta, ad quam in prodigiosa imagine salu- tandom diuertebat, quoties ex negotio foras mittebatur Septen- nis adhuc iam fugiebat lasciarum puellarum consortia, respuen- bat ludos. Accidente inde atate, qua soles caro insolescere, videns Lyduvina totum ferè mundum in maligno positum, coartaneas quo- que paellas per abrupta ferri in discrimina vitiorum, ne candidam fidam, quam in baptismo acceperat, vel tenuiter inquinaret aliquo li- bidinis ardore, conata est fugere è medio iniquitatum. Quod paucæ faciunt. Nec puellarum dumtaxat mala vitavit consortia; sed longè maiores pugnas habuit contra procos. Quia enim erat formosa corpore, statura eleganti, in tractandis rebus domesticis sanc- perita & exercitata, moribus commoda & grata admodum, inde fie- bat, ut etiam opulenti & honesti viri eam sibi à patre consiugem expeti- rent.

rent. Itaque non solum proci, sed etiam parentes erant ab ea superandi, ut virginitatem suam tueretur. Ad quod consequendum, vitabat hominum conspectum, domi se continebat.

3. Ut ergo ad S. Spiritus charismata maiora capessenda aptior fieret, castigans castigans eam Dominus, & multiplicata sunt infirmitates corporis eius, ut acceleraret, accelerando Dominum quereret, querendo patrem inueniret, inueniendo Deum posseideret. Annos igitur nata plus minus quindecim, ex diurno morbo admodum deformis effecta est, & decor faciei eius adeo mutatus est, ut qui antea impensè eam amauerant, jam illam aspernarentur, faciente illo, qui pulchras animas amat, etiam in non pulchris corporibus. Mundus sanè magnum Dei donum putat, si feminæ donat vultus venustatem; quæ & dos maxima est, apud profanos: tunc optatur, affectatur, fibio, cerussa, pigmentis procuratur, ut forma vel per mendacium putetur haberi. At profectò superis magis placet animæ, quam corporis pulchritudo. Cùm ergo sapissimè illa per hanc amittatur, diuina prouidentia, non raro in dilectis suis, per morbos auferit corporis formam, ne animæ decor contaminetur.

Quod si agnoscerent mulieres interpoles, utique fucis suis, & stolis pretiosis, ac nescio quo mundo abstinerent, mallingue oculis diuinis & cœlesti sposo, quam humanis procis pulchræ videri, memores illius dicti: *An quaro hominibus placere? Si adhuc Gal. 1. 10. hominibus placerem, Christi seruus non essem.* Optimum mulieris ornatum sunt mores boni, & virtutes; quibus cum deformi Lydwina præstat diuinos in se trahere oculos, quam cum formosa Helena facere Parides. Sed ad rem redeamus.

4. Accidit, ut Lydwina, quodam die, hyberno tempore, cùm fluminajam glacie concreta homines per ea inambulantes facile sustinerent, sodales virgines Lydwinam, qua tum recens conualuerat, animi caufa insutarent ad captanda quadam in aqua frigore constrictus oblectamenta, ut solent apud Batanos puella. Sed illa, ut quæ unquam instar Saræ illius, cum ludentibus se miserrisset, omne humum solatium floccipendens assentire illis noluit. Attamen illis perurgentibus, ut vel spectatum cum ipsis iret ad glaciem, tandem cessit, abiitq; ad aquas glaciales, corpore adhuc parum firmo, adspexitq; puellam sursum, deorsum cursantes, cùm ecce paulò post una ex puellis

Tt 8 rapido

334 Cap. XXXII. Lydwina admiranda, in morbis, patientie doctrina.  
rapido cursu aduolans, nec se cobibere valens, in eam casu impingit,  
eamq; in glacie fragmenta dirissimè prosternit, adeò ut costa una corpo-  
ris eius frangeretur. Mox iocus abiit in lachrymas, existant clamo-  
res, & quam iucundis animis è adduxerant pueri, eam suis manibus  
cognati reportant, desperata salute eius. Hic videte seculi morem  
omnia in peius interpretantem, & quodvis infortunium, etiam  
sanctissimis hominibus illatum, Deo scelerum vindice, illatum,  
temerè judicantem. Nam casus ille subitaneus magna omnibus ad-  
mirationi fuit, & alij quidem atq; alij aliter, & aliter de virgine lo-  
quebantur: qui autem cordatores erant, & vitam eius nouerant, di-  
cebant Domini manum id fecisse quod etiam rei euentus comprobavit.  
Idem saepius cognosceretur, si essent, qui vellent aut viperatum  
compescere linguas, aut defendere afflictos innocentibus clypeo  
veritatis. Sunt enim multi, qui quando audiunt, alterum crus  
fregisse, sauciatum esse, correptumue morbo, illico vel dicunt,  
vel cogitant, illum à Deo esse plexum, ita criminè aliquo pro-  
meritum; quasi verò vel Lydwina, vel Iob criminè aliquo me-  
nuissent, ut sic percuterentur. Certè, si ex hoc indicio esset argu-  
mentandum, Iob omnium hominum, quos terra sustinet, scele-  
ratissimus extitisset. Non ergo, qui ita judicantur, sed qui ita  
judicant, sunt scelerati.

V.

Si quis lædatur in corpore, aut vulnus accipiat, commune  
solarium est spes sanitatis manu medica recuperandæ. At Ly-  
dwina vt plus pateretur, hoc solatio caruit. Vndeque sanè  
Medici prece & pretio accersebantur, & chirurgi peritissimi ad-  
uolabant. Sed neque medici, neque chirurgi quicquam possunt omni-  
arte & industria sua, ubi Dominus vulnerat. & solus mederi vult;  
& sibi dilectos ab omni humano auxilio abstractos, ad se se tra-  
here. Itaque leniminis loco, dolor virginis increscebat; in pectore,  
& sub costis innumera existebant perpessiones, accedebat dirissimum  
apostema. Indicio medicorum, siebant semper posteriora deteriora priora  
ribus: absuebantur exigua parentum facultates: tandem de vita pu-  
ella desperabatur. Erat per id tempus in Hollandia medicus insignis  
Godefridus Sonderdankius pijs pauperibus valde addictus. Is inspecta  
morbi indole, actum de Virgine pronuntiauit, si Medicorum  
ars spectaretur; sed considerata eius virtute, suam illam esse filia  
optas

optauit, nam se sperare magna D<sup>E</sup>V<sup>M</sup> in illa effecturum. Alia tamen vice ad eam adductus, extraxit è corpore intestina eius, P. i. c. 5.  
marcida posuit seorsum, saniora resernat, comperitq; è spina dorsi P. i. c. 2.  
emergere vermes: caussam illam dicit, quòd nullus salsis multò tempore  
vsa sit. Addit etiam, breui illam hydrope laboraturam, ac deinde  
nullo liquore vel potu usuram. Sicq; factum est. Herbarius quidam,  
cùm ingenti studio unum fortè vulnus curaret, mox turgente hydro-  
pis in parte illa, fiebant postrema deteriora prioribus. Sic ergo omni  
medicorum solatio destituta virgo, sola spe opis diuina nitens, dira eam  
excrucianti apostemate circa costas, sine villa requie huc & illuc se ver-  
sabat. Meminisse huius debet, quibus vel nullus est medicus,  
cùm ægrotant; vel nulla pecunia, ut medicum accersere audeant;  
vel imperitus medicus, ut præstaret, nullum habuisse. Non ideo  
destituit D<sup>E</sup>V<sup>M</sup> eum, qui est à medicis destitutus. 6. Tandem P. i. c. 3.  
immodico vieta cruciatu, sui panè impos, è lectulo sè deiecit in finum-  
patri grandæui. Inde disruptum mox apostema est, & humor ex eo  
profluens, cùm aliunde non posset, per os cum vomitu, tanto dolore  
erupit, ut omnibus membris puella discerpi videretur, omnesq; tam-  
quam illico morituram lugerent; nec à lachrymis abstinuerunt,  
qui viderunt puellam ante cunctis amabilem, iam cunctis viri-  
bus destitutam, & membrorum omnium officio orbatam, genibus  
& manibus instar monstri cuiusdam humi reptantem, & interdū  
instar vermiculi se agitantem. Talem mutationem expectent  
omnes formosi, & formosæ. Nam si non in vita, saltem in se-  
pulchro eiusmodi monstra, & longè miserabiliora fient. 7.  
Alijs ægrotis aliquid solarij saltem à cibo & potu affunditur:  
Lydwinæ anima omnem escam est abominata. Nam si vel pa-  
rum sumeret, mox enomere cogebatur. Potum quoque, licet magni  
prety, prorsus recusabat. Fastidiosus stomachus, ut solent prægnantes  
feminae, sape ex leberibus tepidam, quandoq; è canalibus putentem a-  
quam expetens hauriebat. Stomacho vacuo aut exiguum, aut pane  
nullus ei somnis erat. Amplius triginta annis non tantum comedit Idem. p. i.  
panis, quantus viro sano ad vitam sustentandam triduo sufficeret, c. 2.  
nec plus dormiuit, quam sat eret homini incolumi trium noctium  
spatio. In primis morbi annis interdum sumebat valde exiguum  
pomi fragmentum, idq; prorsus insipidum. Quod si nonnumquam  
buccel.

336 Cap. XXXII. Lyduvina admirāda, in morbis, patientia doctrix,  
buccellam panis cum pauxillo lactic aut cerevisia liquore deglutire  
vellet, siebat id non sine multo dolore ac difficultate. Tandem omni ci-  
bo abstinens, tota hebdomada per exiguum sumebat cibi diluti, admixta  
saccharo. Tandem etiam usq; ad supremum vita diem permanit  
somnia expers. Ita à cibo, potu, somno nullum ei erat leuamen.  
*Vnicum ei solium per singulas noctes lachrymis rigare stratum suum,*  
ab omnibus pro monstrosa haberi; à sodalibus pueris derelinqui, cum  
percusso lob DEO gratias agere. Non est multum, pro secundis re-  
bus DEO gratias agere; etiam ranæ coaxant, sereno calo; & du-  
Psal. 42. 19. dum est dictum: *Confuebitur tibi, cum beneficerit ei.* Inter aduersa,  
in summis doloribus Devm laudare, hoc est hominum, insta-  
auri, in igne probatorum.

VI. 8. Porro humor noxius apostematis per corporis membra se-  
Idem, p. 1. c. 3. diffundens, diversas attulit Virgini agritudines, molestas valde. Com-  
putrescebant apostemati vicina membra, marcescabant propinquæ cor-  
poris intestina, vermes horridissimi modo quodam inaudito è profundo  
corpore emergebant, quorum erat multitudo ingens, & tanta sanitas,  
ut corrosis visceribus, tribus locis ventrem eius dirumperent. Erant  
foramina illa forma orbiculari, colore atro, magnitudine fundiscutella  
communis. Vermes inde erumpabant quandoq; centum, nonnum-  
quam ducenti, ut plurimum amplius centum quotidie, aspectus eo-  
rum sanè horrendus, color cinericius, materia aquata, crassities instar  
extreme partis fusi vistitoris, longitudo qualis est articuli in digitis.  
Né autem vitalia membra, suo more exederent, malagmate quodam,  
ex adipe frumenti, melle optimo, & pinguedine caponis confecto, &  
ad foramina illa apposito eliciebantur. Sed priusquam prodirent foras,  
per omnia Virginis vitalia membra, pernagari putabantur. Magnus  
hic erat dolor, sed longè tolerabilior, quam si conscientiae ver-  
mem sustinuisse, quod fortasse alias factum esset. Sancti enim fa-  
cile agnoscunt, ob vires corporis, & valetudinem bonam, mul-  
tos ea perpetrasse, quæ mirabiles intemperies ac tempestates in  
animis eorum pepererunt; aut certè cogitant, Devm altissima-  
sia sapientia multò antè præuidisse, se, qui infirmantur, eiusce-  
modi conscientiae vermi, aut etiam Tartareo illi draconi obij-  
ciendos, si valido corpore, & sine morbis fuissent: decreuisse igit  
tur illos, per viam inualetudinis & cruciatum deducere, vt  
vermem

*Cap. XXXII. Lydvvina admirada, in morbis, patientie doltrix.* 337  
vermem illum tortorem euadant, eiusque loco spe diuina, & lætitia animi repleantur. Hinc apostema, hinc humor noxius, hinc tot vermes è putrefacto corpore ebullientes Lydvvinam, in maius bonum, infestarunt.

VII.  
P. I. c. 3.

9. Deinde verò etiam dextra scapula eius putruit, ita ut non nisi colligata fascijs, vel mappulis in aliam posset verti partem absque membrorum dissolutione. Itaq; usque ad supremum vite diem supina iacuit in lectulo, ut posset etiam commodius intueri calum. Membra omnia, dempro capite & brachio sinistro, tanta erant debilitate deiecta, ut ea mouere non posset. Dextrum brachium eius ignis, quem sacrum vocant, usque ad ossa consumperat, idq; multo tempore, uno tantum neruulo haren, reliquo corpori coharebat. Caput eius dolorum aculei, & malleolis compungebat, frontem fissura longa & lata atque flexuosa deformabat. Mentum quoque ad labrum usque fissum erat, & concreto sanguine tumidum, ita ut non raro libere eloqui non posset. Oculus alter penitus cacatuus erat, alter lumen naturale sine effusione sanguinis necoq; cruciata ferre non potuit. Facies interdum fumabat, dolebant sape dentes per hebdomadas, interdum menses perpetuos, tan-  
ta vi & importunitate, ut ad insaniam propè eam adigerent. Guttur non raro angina aliisque morbi anonymi infestabant, adeò ut nonnum-  
quam corpus Christi deglutire vix posset. Tantus manabat sanguis ab ore, naribus, auribus, oculis eius, ut horrorem afferret adspectantibus,  
& pisi lacrymarum rinulos exprimeret. Vomebat sepiissime rubram aquans tanta copia, ut plerumque mensa vas inde impleri posset,  
quod à duobus viris portaretur. Rogata à curiosis, unde tantus in  
ipsa existaret humor, nihil alimonia sumente, respondebat: Et vos mihi dicite, viri sapientes, unde viti tantus liquor, quahicce prorsus ari-  
da videtur? Sicq; sapienter indocta dolis faciebat satis; pulmonis quoque & heparis particulas reiiciebat, ubera eius ineffabilibus pusilli & apossematis sanie interdum fluentibus torquebantur. Calculo instar columbini onus magno, dirissime afflatabantur, ita ut sapiissime &  
sensu, & loquela desitueretur. Hunc verò dicebat sibi potissimum  
mortem allaturum.

10. In communib<sup>us</sup> Domini flagellis & castigationibus, quibus interdum Hollandia laborabat, hoc Lyduvinatamquam peculiare munusculum dñi initium obtinebat, ut cuiuscumq<sup>z</sup> morbi vel pestis pri- VIII.  
Idem p. 1 c. 3.

mitijs ipsa afficeretur. Imminente igitur pestle quadam, illa tamquam sedula mater, inter iratum patrem & reos filios medium se interponebat. Itaque mox bino percussa est ulcere, in giture, & sub corde. Illa verò gratias egit D E O, & ad sacrosanctā Trinitatis honorem, petiit etiam tertium adiungi. Confestim autem in gena apparuit ulcus, quo illa summopere latabatur. Ex his unum ulcus, ceteris curarū, perpetuò ei inhesit. 11. Magna intestinorum pars diu ante oculos eius è corpore pendula eminebat: itaque marcescente inferiori corporis parte, ventri sacculus lana plenus supponebatur, ne prorsus effluerent. Tibiarum & pedum priuata sensu, vitam miserabilem multis egit annis. Quod si interdum supra naturam breuijissimo temporis spatio diuinitus sensus eis redderetur, id non ad foliatum, sed ad nona dolorum genera excipienda mira dispensatione fiebat. Omnis generis febrium, sed diversis temporibus paroxysmos patiebatur. Hellecam, tertianam, quartanam perpeti, familiare ei fuit: nunc simplici, nunc composita, modo ephemera, vel quotidiana, modo acuta fatigari, ludus quotidianus putabatur. Et ne singulis immorer, non erat ullum in corpore membrum, quod inauditis non esset doloribus obnoxium. Nullum apud medicos morbi genu extat, cuius ipsa expers fuerit. Nulla in venis eius sanguinis gutta fuit, qua Domini virgam paternè castigantis non senserit. At tamen horum morborum quidam ad extrellum vite tempus permansere, quidam ad certa annorum, mensium, hebdomadarum, dierum, horarum spatia durarunt. Porro annū triginta & octo, corporis nulla ei erat prospēra valetudo, sed interior homo gratiā D E I erat locuples. Accidit autem, ut in principio infirmitatis sua humanum quiddam obrepere illi. Audivit tum foris à sumpto ciboridentes & iocis ludentes puellas. Itaque obliterata capite flere amarissimè, quodcum compedibus vincita, à coanis puellis prorsus neglecta haberetur. Potest facile via dari tam dure flagellata, & necdum spiritusunctione delubra. Et primis quidem annis quatuor afflictionis sua secundum exteriorem hominem patiebatur inuit, et atque ei molestum, quicquid cerneret. Nec tamen idcirco impatiens fiebat. Molestiam sentiebat, vt sentire dolores ostenderetur; pareretque postea, si dolores etiam op̄aret, quaatum profecisset. Vnde & diuinæ gratiæ maxima effulger efficacitas, vt quæ auxilijs suis adeò roborat humanam imbecillitatem. Ea enim

ex infirmis fortes, ex inuitis libentes, & cum gaudio molesta  
quæque suscipientes facit.

12. Ob tantam morborum cateruam, meritò potest Lydwina cum fortissimo Iob comparari, ob diurnitatem autem etiam præferri. Nam, ut in Probatica piscina à Christo inuentus est homo triginta & octo annos habens in infirmitate sua, ita & *Iean. 5. 5.* Lydovina annis triginta & octo corporis nulla erat preffera valetu. *P. I. cap. 3.* do; in hoc differebat, quod ille vir, vna paralyti, Lydovina puerla innumeris morbis laborabat. Troia, quæ inexpugnabilis videbatur, decem tamen annis obfessa tandem est superata. Lydovina annis octo & triginta tot morbis oppugnata, expugnata non est. Nec tamen initio statim adeò perfecta fuit, sed ut dixi, (*primis quatuor annis*) inuita patiebatur, & aliquando etiam flebat, quod à ludentibus coœvis, cœu compedibus vincita, separaretur, donec à viro Dei Ioanne Pot Christi cruciatus assiduè *P. I. cap. 4.* meditari docta, non iam se, sed Christum in se pati crederet. Tunc enim omnia ferebat patientissime, & in summis doloribus, qui sapissime dentium stridorem ei exprimebant, non solum gratias agebat DEO, sed eos ipsos cruciatus augeri potius, quam minui peroptabat. Quodam Bacchanalium tempore commemorans Christi Passiōnem, & hominum ingratitudinem secum expendens, nouum à Dō cruciatum petiit. Itaque tantus in alterum illius crus intus dolor ab illo die usque ad Pascha, vt deinceps ausa non fuerit tale quippiam, ea vehementia ardoris petere. Nimurum tanta est peccantium ingratitudo, ut vix vlli sint tanti in hac vita corporum cruciatus, quibus dignè possit ab homine, qui non sit Deus, expiari. 13. Febrium, quæ eis familiares erant, isto ferè modū fuit. Principio innadebat calor quidam gravis & innaturalis. Hunc mox sequebatur frigus immane & horripilatio: deinde mutato ordine, præcedebat frigus intolerabile, idq; molestissimis ardoribus claudebatur. Erat autem tanta harum februm vis, ut durante paroxysmi astu, mentis impos fieret, nec quicquam loqui posset. His febribus, tamquam in camino ignis, sàprà quam dici queat dilectam sibi Virginem probabat Dominus. Immò fruabat, ne caro contra spiritum præualeret. Caro enim, teste S. Gregorio, doloribus non *S. Greg. li. 33.* afflita, effrænis est in tentationibus. Itaque præstat ardere igne *Moral. 6. 7.* februm.

febrium, quām vitiorum. Cuius signis, quia memor fuerat Lyd,  
vvina, de ijs flammis, quæ à tali, atque etiam postea æterno  
incendio præseruant, non conquerebatur. 14. Domus eius erat  
humilis, cubiculum sepulchro similius, quām conlaui, in quo  
ultra triginta annos terram non attigit pedibus suis, sed jacuit,  
immota & supina in lectulo, nec solis, nec lucis, quām diu jacuit,  
aspectu perfrita est; sed instar lob in sterquilinio permanxit. Et

P. 2. c. 1.

fertur cum patientissimo Job, & B. Francisco sepe dixisse: *Hoc mihi,*  
*Domine, acceptissimum erit, ut affligens me dolore non parcas: cūm*

P. 3. c. 9.

*tua voluntatis impletio, sit mihi summa consolatio.* 15. Ut autem  
illustrior corona ei pararetur, ad extremum intracraniū quasi mal-  
leolis dirè torqueri se sensit, quibus etiam alij molestissimi cruciatus ac-  
cedebant, ita ut sub mortem nihil videretur aliud, quām pellis contra-  
cta ad ignem, neruis eius instar chordarum cithara extensis, & ossibus  
tamquam in patella fixis. *Calculus*, quem prædixerat instar colum-  
bini oui magnitudine fore, & fibi mortem allaturum, duobus mensibus  
ad eos infestus ei fuit, ut intra horam unam ter loquendi usum amitte-  
ret, corpusq; misere contrahens obrigeret, & dentium particulas,  
qua dolore stridens reiaceret, & panè exanimis jacens, adstantes cogeret  
acerbè siulari. Quos ei dolores extremo vite tempore attulerint apo-  
stema virgineorum uberum, immanissimi dentium & oculorum cru-  
ciatus, alieq; agritudines, etiamsi velim pro dignitate explicare, num-  
quam possum. Quid multis vtor? Ut nullum non corporis malum  
pateretur, etiam Epilepsiam, sub finem annorum vita sue, ter una no-  
te pertulit. Apoplexia quoque tacta est; atque ut non corpore  
tantum, sed etiam mente laboraret, amentia quamquam non  
plūs dimidiâ horâ laborauit; ut mentis per reliquum tempus  
compos intelligeret se pati, & patientiæ fructu non priuaretur.

X.

P. 1. c. 2.

16. Ad hæc corporis tormenta accessere haud parui do-  
lores animi. Nam in primis cūm costa eius fracta esset, casus ille  
subitanus magna omnibus admirationi fuit, & alij quidem atq; alij  
aliter, & aliter de virgine loquebantur. Deinde cœpit ab omnibus pro-  
monstrofa haberri, a sodalibus puellis despici, à quibus antea amabatur.  
Quanti autem doloris caussa sit, vel hæc mutatio, vel illa suspi-  
cio, & sermones sinistri de virgine innocentie, nōrunt, qui simi-  
lia, vel à desertoribus, vel ab injustis detractoribus patiuntur.

His

Cap. XXXII. Lyduvina admirāda, in morbis, patientie doctrix. 342  
His accessit pro virtute pœna. Nam à matre sua alapam accepit,  
quod fugientem in cubiculum illius virum hosti illius, querenti,  
an ibi esset, respondisset, se putare ibi esse. Accepit à alapā, dixit:  
*Credebam ego, mea mater, posse veritatem conservare virum, qui ad  
me configuerat.* Et planè conservauit; quia nec visus, nec inuentus  
est ibi. Vbi postea fama illius creuit, confluxere plurimi ad vi-  
sendam eam, nec pauci curiositate & malevolentia ducti. Scisci-  
tabantur ergo proterui & sciolii, vnde in ea febris materia esset,  
qua nihil sumeret alimenti? Et, cùm viderent eam in obscuro tu-  
guriolo decubentem, procacissimè garriebant, eam voracem esse, me-  
rribulam, demoniacam, & id genus alia. Quam etiam dæmon ipse  
infestauit, qui aliquando patrem illius in aquas præcipitans, il-  
lam omni solatio voluit priuare; aliquando per fratri negligen-  
tiam, candela prope lectum eius in paleas decidente, & flam-  
mis vndique cinctam, voluit decubentem & fugere non valen-  
tem comburere: sed illa aurum in igne probatum, nihil caloris  
sentiente manu incendium repressit. Atque ut Iobo etiam in  
hoc similis esset, fratribus eius uxoris, mulier procax, importunis cla-  
moribus valde vexabat eam. Quam, mutato habitu, inuisens Ba-  
nariae Dux Ioannes dixit: *Et quo pæcto potes apud te ferre eiuscmodi  
hirundinem, qua totam hanc perturbat domum?* Cui illa: *Æquo  
animo, mi Domine, id genus hominum toleranda sunt infirmitates &  
imperfectiones: tum ut nostrâ patientiâ corrigan tur, tum ut virtutis  
exercitium præbeant ijs, quos eo Dominus indigere nonit; tum ne ma-  
ioris furoris & perturbationis eis materia exhibeat.* Alia mulier  
venit quandoq; ad Lyduvinam tremens & furens, innumeris eam in-  
jurias, contumelias, & connicij proscindens, ut posset eius commouere  
animum. Sed cùm hac ratione nihil efficeret, in faciem mitissimæ vir-  
ginis fædissimè expuit. At verò, ne sic quidquam eam permoueri sen-  
tuens, clamoribus & maledictis, tamquam vim passa, vicinos concitare  
cepit. Sed S. Virgo in patientia animam possidens, adeò mansit im-  
mota, ut mirarentur vniuersi. Immò, vt maleficium beneficio  
compensaret, clam ei munuscolum transmisit, tamquam quæ  
sibi patientiæ occasionem præbuisset. Accedebant etiam interdum  
ad eam quadam merribulam, dicebantq;: *Non possumus persuadere  
nobis, te absg; cibo vitam ducere. Itaq; suspicamur te, hypocrisi eludere*

Vv 3 homines,

IX  
aqua. 19

342 Cap XXXII. Lydvvina admirāda, in morbis, patientia doctrinæ.

homines. Quas illa non solum sustinuit æqua mente, sed etiam omnipotentiae Dei docuit non obliuisci, per quam non in solo pane viuit homo. Quanta autem sit injuria, hypocrisis argui,

Matth. 24. 28 nōruat, qui sciunt, in diuinis litteris, idem esse, partem cum hypocritis habere, & damnari. Quin & hypocritæ (sicut ad Christum) accesserunt, vt eam in verbis caperent, cùm ipsi essent ventris mancipia, & inter eos vna, quæ virginitatem jactabat,

P. 2. c. 5. cùm se dæmoni prostitueret. Hi moribus Æthiope quois atriores, suos innocentissimæ mores attribuerunt; & cùm ægram, rotque malis affectam consolari debuissent, de gula, de hypocrisi, de que illis ipsis vitijs, quibus inquinatissimam vitam duxerunt,

P. 2. c. 7. 8. 9. conati sunt infamare. Sed longè grauius eam affixit Parochus primò, cùm ei hostiam daret non consecratam, probaturus, an panem pati posset, quæ se dicebat, nihil comedere; altera vice, cùm non solum priuatim, sed etiam publicè & pro concione diceret, eam à dæmone esse delusam in alia hostia non consecrata ei relicta, quæ tamen vera fuerat. Nam in eam se ipse Christus, ei pueruli in cruce pendens forma apparentis, vertit. Pro Parocho tamen patiens Virgo ipsa & apud plebem in eum concitatum, & Episcopum oravit. Milites autem eam non solum conuicijs, sed etiam impuris manibus inuidentes, & plurimi iniurijs pessimè tractantes, Deus gravissimè puniuit, quibus ipsa percit, ne apud suum Dominum Philippum Ducem Burgundiarum accusarentur, & punirentur. Nimirum hic apex est perfectioris, benefacere his, à quibus maleficium acceperis, & diligere inimicos; cùm nihil difficultius sit, quām compescere vindictæ motus, & illatas sibi iniurias non modò ferre patienter, sed etiam beneficijs compensare.

XI.  
P. 1. cap. 6.

17. Hæc in corpore atque animo passa Lydvvina, ut plura ferret, audite incredibilem & charitatem, & sitim patiënti. Petronilla senilis mater moribunda sic ei valedixit: En morior paupercula, que nihil boni fecerim cunctis diebus vita mea. Sed si, filia mea, pro delictis meis velis intercedere, lata moriar. Cui respondit illa: Forti animo esto, mater mea. Propè est Dominus, qui non despicies contritum & humiliatum cor tuum. Mea verò omnia, labores, dolores, ulcera, plagas, tormenta, vigilias, precatiunculas, & exercitia

excita libens tibi impertior. Ea re mirificè exhilarata mater eius mis-  
grauit ad Dominum. Lydvvina verò, tamquam jam omni nudata  
merito (quod tamen hac ipsa eius charitate in immensum creuit)  
cingulum quoddam crassum, latum, & bispidum, ex equorum confe-  
ctum pilis sibi comparat, eoq; usque ad mortem marcidum corpuscu-  
lum stringit. Quidquid ei mater reliquit, pauperibus distribuit.  
Adhuc relicta ei erat culcitra: eam quoque zelatrix pauperis pueri  
IESV, in stabulo nascientis, tolli jabet: qua tamen, sub putrescente  
corpusculo eius, jam putrefcebat, & eius pluma ita inharebant virginis  
corpori, ut absque nouis dolorum stimulis inde auelli nulla ratione pos-  
sent. Ea ablata, suppositus est corpusculo eius tam miserabili durus  
esser, impositis ei paleis, atq; in eo decumbebat supina, numquam dor-  
miens. Accedebat hiemis prolixæ frigus, ita ut sepiissime extreme  
corporis eius partes obrigescerent. Si quid ei vel pecunia, vel obso-  
nij mitteretur, mox illa ad pauperes remittebat. Ita etiam pau-  
pertatis incommoda sentire, quam à visentibus eam Principi-  
bus viris ditari maluit. Sic corpore, sic animo exercita, se ipsam  
quoque affixit, ad extremum usque vitæ diem, quo rogauit  
Dominum, ut eum dicam, extremumq; vita sua finem tot doloribus P. 3. cap. 11.  
& afflictionibus cumulares, ut à corpore exiens anima sine purgatorio  
mox ad illum posset evolare. Cœpit igitur à septima usque ad horam  
quartam pomeridianam perurgeri calculi doloribus cruciaris pasmine,  
vicius è pectori diro vomitu felis particulas reiecere. In demortuæ  
corpore inuentum est cilicinum cingulum, quod seruatur, usque in  
presente, ex eoq; mirus odor proficiuntur; estque demonibus valde in-  
visum & molestum. Nempe ita parui faciunt optimi quique suos  
morbos, ut etiam illis alios dolores superaddant. Ita S. Timo- 1. Tim. 5. 23;  
theus grauibus stomachi infirmitatibus vexatus, nihilominus  
aquam bibebat, qua illos augebat. Ita S. Gregorius Magnus,  
S. Bernardus, S. Franciscus, S. Clara, S. Catharina Senensis gra-  
uves morbos suos assiduis laboribus, & mortificationibus ex-  
acerabant. De S. Gregorio certè legimus: Admirabilia sunt, que  
dixit, fecit, scripsit, decrevit, præsertim infirma semper adeoq; agra  
valetudine, ut vel ea audire, qua ipse io suis Epistolis refert, ma-  
gnam pariat admirationem. Alijs, quibus salus sua non est cor-  
di, graue videtur, cùm agrotant, orare pro sanitate, aut pecca-  
ta sua

344 Cap. XXXII. Lydvvina admirāda, in morbis, patientia doctrix, tā sua confiteri; immō vel medicinam sumere amariorem. Non sic Lydvvina, non sic erat affecta; sed quia patientiæ pretium agnoscebat, afflictissimum corpus paupertatis incommodis, frigore, cilicio, astre supposito, magis magisque usque ad extremum halicum afflixit; inde coronanda, vnde crucianda.

XII.

F, 2, c. 1.

Recensui huc usque cruces & afflictiones in compendium, relatas Lydvvinae Virginis, cui, dum vixit, tugurium illud palatum erat; stratum stramineum lectus eburneus; cingulum cilicium balteus regius; ulcera putrescentia pretiosa monilia; horrida plage optata solatia; multa lachryma noue delicia; mundana afflictio mira consolatio; vermes ē corpore erumpentes conuina familiares; dolores & angores, dapes opipara. Quis Lazarum ante fores, vel Iobum in sterquilino iacentem cum hac virgine, aut hanc virginem cum illis non comparasset? Quis oculis profanis tale catharma aspiciens, non abhorruisset ac despexisset? Sed quia 2, Cor. 12, 9. virtus in infirmitate perficitur, vide qualis, & quam pretiosa anima in putrido hoc ac verminoso corpore, immō in tam exactè elaborato & vermiculato opere latitārit. 1. In femina virilis animus, & in puella mascula virtus; in incredibili calamitate heroicum pectus; admiranda fides & fiducia in Deum; stupenda constantia & perseverantia, in tot ac tantis cruciatibus, per triginta octo annos; erga inimicos etiam persecutores malefactoresque singularis mansuetudo ac beneficentia; in summa paupertate summa liberalitas; inter dolores maximos sitis maxima 3, Cor. 4, 7. maiorum dolorum. Habebat autem thesaurum ipsum in vasis siliibus, in laceris & putridis membris. 2. Per hoc viuum cadauer Deus mundo ostendit continuum miraculum. An non enim miraculum erat, tam diu pati tam graues & atroces morbos, & non mori? An non erat miraculum, tam diu sine cibo, sine potu, sine somno viuere? An non miraculum, tantos cruciatus sine querela & impatientia illa perferre? 3. Immō Deus per illam continua miracula est operatus, dum ei donum Prophecie, Scientiam futuron, & occultissimarum rerum dedit, qua conscientias hominum pupigit, & ad penitentiam excitauit. 4. Illud autem maximē mirandum erat miraculum, quod ipsa tot morbis obfessa non fatigaretur, sed adhuc plura pati vellet.

Enim

Enim uero quod ipsa sexcentis plagiis plena tot tamen alios agros ab incurabilibus morbis sanari, & obiurgantibus eam, quod precibus à se morbum illum non auerteret, responderit: Nemo P. 3. cap. 9.  
in his Dei reprehendat super me iudicia. Qui enim admonet mibi virgam, multam etiam cumulat gratiam. 5. Sed maximè in ea su- P. 3. cap. 2.  
spicienda erat ardentissima charitas, qua animas sanabat se visi-  
tantium. 6. Nec sanabat tantum viuos, sed maximo zelo cu-  
rabat mortuos, quos ut à purgatorio liberaret, sèpius ipsa viua  
deducta est ad Purgatorium intuendum, immò patientium.  
Nam in se transtulit poenas multarum animarum, & ob zelum  
animarum sepe cruentos ab oculis fudit imbræ, dicebat q. Domino: O  
se possem, Deus meus, carnem & sanguinem meum dare pro animabus  
illis, quas tu castigas! Pro his ergo orabat, suspirabat, vigilabat, sa-  
crificia offerenda curabat, se totam in holocaustum offerebat. 7. Quid  
dicam, in hoc fragili & contemptibili vase, tot fauores diuinos,  
tot consolationes cælestes, tot mentis non solùm tormenta, ve-  
rū etiam gaudia extitisse? 8. In membris exulceratis, in san-  
guine & tabo, in putrefactis intestinis, è quibus alioqui grauis  
expirat odor, contrarium apud Lydvinam evenit. Magna P. 3. cap. 3.  
intestinorum pars diu ante oculos eius è corpore pendula eminebat:  
itaque marcescente inferiori corporis parte, ventris acculus lana plenus  
supponebatur, ne prorsus effluenter: reliquum totum corpus viles  
erat; pulmonis, hepatis, & viserum vitales partes partim in ea emar- P. 3. cap. 5.  
auerant, partim diro vomitu rejecta erant; nullum tamend se red-  
debat factorem; immò verò odorem aromaticum ex ijs haurire lice-  
bat, sicut testantur illi, qui suis eas manibus contrectârunt. Sed cùm  
multi homines pij utrinq; sexus eas particulas vomitu rejectas videre,  
contrectare, olfacere cuperent verita illa, ne ob hominum applausum  
perderet thesauros gratie, tandem pati noluit, ut quidquam ab ijs, qua  
ab eius corpore prodirent, reseruaretur: sed omnia terra infodi jussit.  
Miranda res! alij peregrinis odoribus & balsamo delibuti, co- P. 3. cap. 5.  
ram Deo & angelis fœteant: Sanctæ istius sanies apud immorta-  
les, & mortales jucundum quid, & Elysium expirauit. Mirabatur  
Confessarius eius, cur quedam mulier Lydvinam toties visi-  
taret, cui illa respondit: Observa, queso, manum eius, cùm es audi-  
turnus confessionem eius, & senties, quid velim. Facit ille sic, & post

346 Cap. XXXII. Lydvvina admirāda, in morbis, patientia dōtrix,  
confessionem petit sibi porrīgī manūm eius: quam ut sensit non aliter,  
quam velut calestib⁹ delibutam unguentis redolere, in has prorumpit  
voce: O vasculum Spiritu sancto plenum! O diuinorum apothecariorum  
unguentorum! cur me hætenuſ tantam DEI gratiam celare volui.  
Si, cū tam crebrò tibi adfuerint? ex illo autem odore, vir ille non  
modò omnium sensit sensuum quamdam immutationem, sed etiam ani-  
mi intimam compunctionem, ita ut sponte virginī ediceret quedam  
horrida peccata sua, & cum lachrymis emendationem promitteret.  
Sicut ergo, qui in deliquium lapsi sunt, odore recreantur, ita ille  
ad se rediuit, spretis terrenis vanisque gaudijs, postquam cele-  
stes delicias est odoratus. Nec enim solūm his talibus donis di-  
uina prouidentia cruces & amariciem dolorum temperauit; sed

P. 3. cap. 9.

etiam alios cum illa voluit aucupari. 9. Ut eam Christus quo-  
que exercearet, menses quinque desolatam reliquit: Tandem  
faciem suam illi jucundissimam ostendit Sponsus, ad cuius redditum  
tanta suavitate repleta est, ut qui intrarent in eius cubiculum, puta-  
rent se in myrothecium, & paradisum aromatum ingredi, dicerentq;  
inter se, quidnam est istuc? talem nos fragrantiam numquam sensimus.  
cumq; Lydvvinam rogarent, unde ea esset, illa respondit: quid sit, aut  
unde sit, Dominus nouit: Ego vero hoc unum scio, tametsi homini  
sublimiter de me sentiunt, fragilem mulierculam me esse. Sed quod illa,  
causa humilitatis, cautele celabat, Dominus prodidit. Post eam enim

2. Cor. 2. 14.

afflictionem tanta ab eius corpore exhibat odoris suavitatis, ut adventan-  
tes non humanum corpus, sed pretiosi unguenti vasculum illic adeſſe  
putarent. Potuit ergo Lydvvina dicere: Deo gratias, qui semper  
triumphat nos in Christo IESV, & odorem notitia sua manifestat per  
nos in omni loco: quia Christi bonus odor sumus DEO, immo & ho-  
minibus. 10. Hanc odoris fragrantiam sensere complures, qui  
vel viuam visitarunt, vel defunctam custodierunt. Nimis in  
fragili vasculo, balsamum pretiosum inclusit Deus. Sed longe  
maiores etiam alios fauores ei contulit. Nam tam vilem & milie-  
ram puellam, saepius Angeli de cælo visitarunt, saepius alij Diui &  
Diuae; quin & calestis Regina, & ipse regum Rex Christus, qui  
dignatus est eius lectulo astare, extremamque illi suis manibus  
impareiriunctionem, diemque mortis, & gaudia mœx secentura  
indicat.

Cap. XXXII. Lydvvina admirāda, in morbis, patientia & doctrix 347  
indicare. Nimirum hic morborum effectus est, si patienter eos  
patiamur.

Hac enim de causa historia Lydvvinae in litteras, & post-  
eros missa est: hac de causa, ad eam confluxere plurimi, sum-  
mi, infimi, medij: hac de causa Verboldus veniens ad domum eius, P. 1. cap. 6.  
vidensq; egestatem, & tumentem, fissam, ac liuidam faciem, corpus-  
culum putrescens, nec tamen male olens, scatens vermis, & suaves  
spirans odores, lachrymatus est vir p̄fissimus. Hac de causa Comes P. 1. cap. 7.  
Hollandiae Wilhelmus Sciedamum venit, Lydvvinae virtutibus  
excitus, atque idcirco vel in patrem eius munificus. Hac de P. 2. cap. 4.  
causa viri Religiosi ad eam Monachique profecti sunt, ut eius  
consilio & exemplo fruerentur. Hac de causa afflitti multi ad P. 2. cap. 4.  
eam configerunt, verbis eius & factis recreati. Hac de causa  
Princeps quidam è longinqua regione ad eam curiosa sciscita-  
turus ductus est, ut mira illius vi incensus emendatusque recede-  
ret. Per multa alij nobilissimi utriusq; sexus homines, noctibus, ueste  
mutata, adibant illam, quibus ea malra virtute salatis verba eructa-  
bat. Multi à tentatione, multi à flagitiosa vita liberati sunt, qui  
illam adierunt; correctus Rogerus; Theologus quidam Ordinis  
S. Dominici è Trajectensi Diocesi profectus altissima mysteria  
didicit; Ioannes Dux Bauariae patientia & virtute sius locuple-  
tatus est. Vno verbo, omnes, qui vel ei adfuerunt, vel adhuc  
stupenda eius prodigia, tribus libris seu partibus à Ioanne Brug-  
mano enarrata, legunt, è divisionis judicijs rectè judicare discunt;  
& velut in clarissimo speculo vident, quæ sit vera huius vitæ feli-  
citas & beatitudo, & quis infelix & stimandus. Intelligunt enim,  
veram vitæ nostræ prosperitatem, non in pecunia thesauris, &  
auri argentiue copia, apud Crœsus; non in titulis & dignitati-  
bus; neque in bona valetudine, & corporis sanitate positam  
esse; sed in virtutum exercitio consistere. Intelligunt rursus, non  
eum infelicem judicandum, qui inopia rerum, honorum amis-  
tione, aut ignominijs, & mille calamitatibus prematur, vel etiam  
morbis grauissimis obruatur; sed qui peccatis sit plenus, & vitijs  
coopertus. Intelligunt igitur, eos, qui auro, argento & num-  
mis, sed simul etiam vitijs abundant, esse miseros; eos, qui in-  
dignitate, sed simul etiam iniquitate vivunt, esse infelices; eos

XIII.

P. 3. cap. 2.  
P. 3. cap. 5.

item, quibus bonae corporis vires, sed mali mores sunt, esse deplorandos. Intelligunt eos, quibus nullus in arca, sed magnus in anima census; nulla sanguinis, sed magna pectoris nobilitas; nulla vel infirma corporis, sed bona mentis valetudo, quantumvis ægri sint, si sancti sint, verè pro beatis & Dño dilectis habendos; quoque magis vel paupertate, vel contemptu & ignorantia, vel membrorum doloribus affliguntur, eò esse feliores, & coram Dño, immò etiam tandem coram mundo glorioiores.

Rom. 5. 4.

Siquidem tribulatio patientiam operatur: patientia autem probatorem; probatio vero spem: spes autem non confundit, neq; sperantem decipit, sed maiora afferit præmia, quam sperare potuerit. Non igitur mundi, sed Dei judicio, cum Lydvvina standum est; illudque, non quod caro, sed quod spiritus melius judicat, de manu Dei accipiendum.

## XIV.

S. Augustini lib. i. de visit. ægrorum, cap. 6. Spernas, flagellum illius gaudenter suscipe: flagellat in te, quod nesci, nec iniuste: justa enim sunt ipsius iudicia, morbus hic corporis medicina est spiritualis. Porro recognita quod morbus tuus, ut aiunt medici, est incurabilis, & tecum revolnus, quoniam si contra Deum presumperis murmurare, & morbum, velis nolis, sustinebis: nec murmurando sanaberis, immò animo debilitaberis, dum contra Deum tuum, patrem tuum, medicum tuum, magistrum tuum mansuetissimum, & tranquillissimum, in ipso flagello pacatissimum, qui nunquam iratus est, cum iratus est, misericordia recordatur, murmuraueris. Meū igitur acquiesce consilijs, & quandoquidens murmurando duo male sustineres, pacificus esto, & granamen corporale fac tibi antidotum spirale. Non enim si in flagello via Deum recognoscere, corpore & anima flagellaberis, non enim flagellat Deus bis in id ipsum. O quam jucundo pectori, quam late corde visitatis nem diuinam debes propterea! certè si corpore totius praualeres, infirmitatem medicinalē à Deo debueras votis omnibus expetere, & ne sanitas corporis, infirmitas esset anime, metuere. Nihil alind scio, sed quia infirmaris, utiliter debes gaudere: quia iuxta est vocatio diuina, debes ei totis nisibus latius adesse. Eia si episcopatum, aut honorem alium, aut sanitatem infirmitatem optabilem tibi concessisset DEVS, nonnè omni gaudio illad donum.

DEI

DEI susciperes? certè maiori exultatione, & affectuorii voluntate, sum gratiarum etiam actione hanc Dei animaduersiōnem debes tibi unicam habere, quia & hoc utilissimum DEI donum est.

In hunc sensum olim celebratissimus ille Pachomius Theodoro agrotanti & sanitatem flagitanti respondit. Theodoro gra-  
nis passio capitio inflita, dolores acerrimos excitabat. Qui cùm roga-  
ret Pachomium, ut cum suis relevaret orationibus, ait ad eum: Pa-  
tasne, fili, quòd alicui contingat dolor, aut passio, aut aliquid huiusmo-  
dis sine permissione Dei? idcirco in dolore sustine, & in humilitate tua  
patientiam habe: & quando vulnerit Dominus, conferet tibi solitudo-  
tem. Quòd si te diutius probare dignatur, esto gratus, ut fuit perfectissimus,  
& patientissimus Iob, qui multas tribulationum & cruciatuum  
tentationes excipiens, Dominum benedicebat. Et sicut ille, tu quoque  
pro doloribus tuis maiorem requiem à Christo percipies. Bona quidem  
est abstinentia, & in oratione perseverantia: tamen infirmus magis  
premium adipiscitur, cùm longanimitas & patiens innenitur. Sicut  
ergo Pachomius Theodorum exemplo Iobi ad tolerandum capi-  
tis dolorem animauit; ita & nos agros omnes ad patientiam  
hortabimur, historiā eiusdem viri, quam ad eumdem finem, in  
sacris litteris, Deus voluit commemorari. Reperiemus, sicut  
in Lydvina Iobum, ita in uno Iobo multas Lydvinas, quas  
imitemur.

XV.  
Heribertus  
Rosvveid. l. 14  
de vitis PP.  
cap. 54

## C A P V T XXXIII.

Admiranda Iobi patientia & constantia, in omni statu, seu  
prosperitatis, seu calamitatum, & morborum,  
Deum laudantis.

**S**I nulla alta esset morborum causa, quam ut Iobum, verum & merum patientiae theatrum, tot plagi exposuit, mundo & Angelis spectandum exhiberent, ea sola sufficeret. Vir iste secundis & aduersis ventis usus, in utraq; fortuna fuit admirandus; tantoque maiorem meruit admiracionem, quod non satis fuerit, eum in rebus prosperis, neque tumidum, neque avarum, neque ferocem & inclementem, neque delicijs deditum, aut voluptatibus vanis à virtute fuisse abdu-  
ctum; sed quod etiam recta via gradientem tot exceperint tem-  
pestates;